

Sanguinis præterea feces seu limum, partemque eius magis terrestrem & impuram excipere debet. Propter raritatem autem substantiæ, contingit splenem eousque aliquando increfcere, necnon intumescere, vt finiftram ventris partem omnino quasi impleat, ficque quasi sistit septum transuersum, ne liberè attolli deprimiue possit dum respirationi inseruit; vnde aliquando quasi grun- nitus in somno eduntur frequentes atque magni, ma- gnâque difficultas spirandi accedit. Hepar quoque citò induratur, propterea quòd multum est compactum eius corpus, venâsque minimas habeat, vnde accidit ea quæ crassiozem nacta sunt substantiam; facile obhæerere in e- ius meatibus, ficque indurescere.

PARS AFFECTA, est ipse lien, quod ex dolore cum positu intelligitur, & grauitate.

SIGNA. In loco splenis tumor percipitur ob co- piam materiei, & dolor grauens. Subinde quidem tu- mor laxus est, aliàs etiam durus, qui aliquando vniuer- sum hypochondrium implet, parsque materiei aliquan- do in omentum transfunditur; aliàs verò lienis capaci- tate concluditur. Dum se cursu vel labore exercet æger, difficiliùs spirat; id quod etiam accidit dum in dextrum latus decumbit, magis quàm si in sinistro quiescat, eò quòd non ita suspendatur viscus, neque diaphragma ita à visceris magnitudine premitur. Cibum malè con- coquunt; satis tamen appetunt sic laborantes. Multa fit oris saluatio. flatus multi in corpore generantur quî rugitum fluctuationemque in sinistra corporis parte excitant, ibidémque venter intenditur. Corporis magna segnities concurrat. Insomnia fiunt turbulenta, capitif- que fit grauitas; hinc tumiditas, rerùmque contemptus concurrat. Aluum adstrictam magna ex parte habent. Cùm autem materia mali magis corrumpitur, furereq; quasi in corpore incipit, tunc prædicta omnia grauiora, manifestioraque fiunt, faciei color vitari incipit, totùm- que corpus inuadit & vitiat; hinc os malè olet, gingiuæ exeduntur, à dentibùsque discedunt, intumescit locus